Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

O ante Z

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

poſita u conſonante, Ova credunt deduci. ¶ Eſt etiam Ovatio à nomine ovum, ſignificans tempus quo Gallinæ ova pariũt, ὠοτοκία. dictũ ea forma qua Veratio, Mellatio, Puliatio. Plin. li. 29. cap. 3: Certa Luna capiendum cenſent, tanquã congruere ovationem etiam ſerpentium humani ſit arbitrii.

O'vātŭs, us, Nomen pro ovatione, m. q. [תרועה teruhah. Græc. [illegible].] Valer. Flacc. 6 Arg. hinc barbarico glomerantur ovatus.

O'vālĭs, & hoc ovale, om. t. Quod ad ovationẽ pertinet: ut Ovalis corona, quæ ex myrto fiebat, qua donabãtur Imperatores qui ovantes urbem introibant, neq; juſti triumphi honorem meriti videbantur. Id autem contingebat quoties bellum legitimè indictum non erat, neq; cum juſto, aut magnopere formidando hoſte geſtum, utpote victis ſervis, aut piratis: aut quoties facta repente deditione, incruenta victoria contigerat. Vide A. Gell. lib. 5. Noct. Attic. cap. 6.

O'vum n. t. ab ὠὸν interpoſita u, euphoniæ cauſa. [ביצה beitzah. Gall. Vn œuf. Ital. Ovo. Ger. & Bel. Ein ey. Hiſ. Hueuo. Pol. Iaie. Vng. Tyuk mony. Ang. An egge.] Mart. lib. 13: Candida ſi croceos circumfluit unda vitellos, Heſperius ſcombri tẽperet ova liquor. Vitellus, vel luteum ovi, dicitur illud quod in ovo crocei coloris eſt: Albumen autem, vel Album ovi, liquor ille candidus qui vitellũ circundat. ¶ Ovum ovo tam ſimile non eſt: proverbii hyperbole de rebus indiſcretæ ſimilitudinis dici ſolita. Cic. 4. Acad. Videſne, ut in proverbio ſit ovorum inter ſe ſimilitudo? ¶ Ovo prognatus eodem proverbiũ de illis dici poteſt, quorum ingenium moreſq; ita conveniunt, ut iiſdem parentibus nati videri poſſint. Vide Eraſmi Adagia. ¶ Ovi luteum, diviſis dictionibus, vocamus vitellum in ovo. λέκιθος.

O'vātŭs, ta, tum, Quod eſt in ſimilitudinem ovi factũ. [ὠοειδής. Gall. Qui eſt de la forme & figure d'vn œuf. Ital. Ovato, fatto in forma d'ovo. Ger. Das ein geſtalt des Eys hat. Hiſp. Coſa hecha en figura de huevo. Pol. Po dobnie iaiu. Vng. Tyuk mony formo maiara valo. Ang. Made like an egge.] Plin. lib. 15. cap. 21: Aliis turbinatio pyri, aliis ovata ſpecies, ceu malorum aliquibus. ¶ Ovatum marmor. Quod diverſi coloris maculis variegatũ eſt, ovi ſpeciem referentibus. Plin. li. 35. cap. 1: Neronis principatu inventum, maculas quæ non eſſent in cruſtis inſerendo, unitatẽ variare, ut ovatus eſſet Numidicus, ut purpura diſtingueretur Synnadicus. ¶ Aliquando etiam id quod ovo illitum eſt: unde ovatum aurum, ovo auratum: quoniam ovi albo antea illito, æra ac marmora auri & argenti bracteis integebantur. Perſius Satyr. 2: Hinc illud ſubit, auro ſacras quòd ovato Perducis facies. Nec verò hoc quenquã movere debet, quòd Ovatũ hic primã corripiat, quæ producitur in dictione ovũ: ſi quidem non ſemper derivata primitivorũ quantitatẽ obſervant.

O'vĭfĕră, Quæ fert ova: ut, Ovifera gallina, ὠοτόκος.

O ante X.

O'xăbătă, veſtes pretioſiſſimæ dicebantur, à genere purpuræ, quæ Oxos dicebantur, teſte Suida, quæ optimè ungebantur apud Phœnices. Hac voce uſus eſt Iuſtinianus li. 3. C. Quæ res alienæ nõ poſſint. Quo in loco nõnulli Dibapta ſuppoſuerũt.

O'xălĭs f. t. [ὀξαλίς. Gall. Oſeille, ſorelle. Ital. Acetoſa. Ger. Sawerampffer. Hiſp. Azedenilla, romaza. Pol. Szczaw. Vng. Saska. Ang. Sorrell.] Lapathi genus, ſativo proximum, foliis aquoſis, colore betæ candidæ, radice minima. Plin. lib. 20. cap. 21. Vulgò *Acetoſam* vocant.

O'xinglŏn, nunc aceti fecem, nunc axungiam ſignificat.

O'xŏs, ὄξος, neutri generis, Acetum.

O'xȳs, oxydis, pro Vaſe aceti, ὀξίς.

O'xyăcanthēs, ὀξυάκανθα, Spina eſt parvis foliis aculeatis per extremitates ferens baccas rotundas, foliis ipſis arenoſa lanugine obductis.

O'xybăphum, penult. corr. Acetabulum Latinè dicitur. Hermolaus.

O'xycĕdrŏs, ὀξύκεδρος, Species cedri, ramoſa, & nodis infeſta, Plin. lib. 13. cap. 5.

O'xycrātum, acetum aqua mixtum, aliàs poſca. Nam utrũq; video uſurpari.

O'xygălă, pen. corr. & neut. gen. [ὀξύγαλα. Ger. Sawremilch / Kühmilch: Butter oder andermilch.] Lactis in acorẽ redacti pars craſſior quod à ſero ſeparatum, origano, cæpe, mentha, coriandro, thymo, & cunila condiri ſolet. Plin. lib. 28. cap. 9: Fit & ex caprino lacte butyrũ: ſed hyeme calefacto lacte, æſtate expreſſo tantùm, crebro jactatu in longis vaſis anguſto foramine ſpiritum accipientibus ſub ipſo ore, aliàs præligato. Additur paulum aquæ ut aceſcat. Quod eſt maximè coactum in ſummo fluitat: id exemptum addito ſale, oxygala appellant. Reliqua decoquunt in ollis: ibi quod ſupernatat, butyrũ eſt, oleoſum natura. Vide plura de hoc apud Col. lib. 12. cap. 8

O'xygărum, pen. corr. n. ſ. [ὀξύγαρον. Ger. Ein gattung einer Brüe / die mit eſſig vermiſcht.] Garum acetoſum: hoc eſt, liquaminis genus ex minutioribus piſciculis confici ſolitum, cui acoris conciliandi gratiâ nonnihil aceti ſolet admiſceri. Solet autem hoc in principio menſæ apponi, quemadmodum & lactucæ. Martial. lib. 5: Depoſui ſoleas adfertur protinus ingens Inter lactucas oxygarumq; liber.

O'xyglycŭs. Ex acoro & dulci aliquo medicamẽto, compoſitum medicamentum.

O'xythalmă, ὀξύθαλμα, genus potionis, quod ex ſale & aceto recenti fieri ſolebat adverſus ſerpentes.

O'xylapăthum, [ὀξυλάπαθον. Ger. Lendewurtz / oder Sawerampffer. Pol. Kobylij ſzczaw. An. Diuils docke.] Prima lapathi ſpecies apud Dioſcoridem, paluſtribus in locis naſcens, à foliorum acumine nomẽ habens. Plin. lib. 20. cap. 21: Eſt & alterum genus, ferè oxylapathon vocant, ſativo idem ſimilius, & acutiora habet folia & rubriora, non niſi in paluſtribus naſcens. Officinæ *Lapathum acutum* nominant.

O'xymĕli, pen. corr. ſive Oxymel, Oxymellis, n. t. [ὀξύμελι. Ger. Ein Sirup / mit honig / eſſig und waſſer eyngeſotten / wirdt in den Apotecken genant Oxymel.] Acetum mulſum, dicitur genus potionis, quod ex mellis libris decẽ, aceti veteris heminis quinque, ſalis marini pondo tymbre quadrante, aquæ marinæ ſextariis quinq; pariter decoctis fieri ſolebat. Vide Plin. l. 14. c. 17.

O'xymĕl, paſſularum, Ab aceto & melle, & paſſulis dictum.

O'xymĕlĭtĭs Compoſitionem lege apud Galenum libro 4. de Sanitate tuenda.

O'xymōrŏn, ὀξύμωρον, ut docet Budæus ex Quintiliano, eſt ſententia ex periculo petita: hoc eſt, ita acutè & affectatè excogitata, ut fatua videatur: ut apud Virgil. 7. Aeneid. Nunc capti potuere capi?

O'xymyrsīnē, ὀξυμυρσίνη, Frutex eſt quem acutam myrtum appellamus. Folia habet myrto ſimilia, ſed acutiora & rigidiora producit baccas ruſas ad ceraſorum ſimilitudinẽ. Plin. lib. 26. cap. 11, & Dioſcor. lib. 4. cap. 147.

O'xypŏrŏn, ὀξύπορον, Moreti quoddam genus, teſte Col. lib. 12. cap. 57, ex caſeo, ſeſamo, nucibus, & herbis conſtans, aceto piperato conditis: Idem & oxygarũ appellabatur, quòd quoties uſus exigeret, aceto & garo dilueretur. Plin. lib. 20. cap. 23: Fœniculum condimentis propè omnibus inſeritur, oxyporis etiã aptiſſimè. Sunt & ſua medicis oxypora: ſunt enim remedia præſentanea, & celeriter juvãtia, à celeritate dicta penetrãdi. Idem lib. 24. cap. 8: Iuniperus miſcetur antydotis oxyporis.

O'xypŏrŏpōlæ, [ὀξυπορωπῶλαι. Germ. Die ſoliche ſpeiſen mit eſſig gemacht verkauffen.] Qui cibos vendunt aceto conditos. Plin. lib. 20. cap. 7: In eos uſus & oxyporopolæ ſervant, addito dulci acrementum aceti temperantes. Vbi nũc ſic legitur: Stomachos diſſolutos utiliſſimè adjuvant, uti ne eo etiã abſinantes & oxypori obolis aſperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperantes.

O'xyrrhŏdĭnum, ὀξυρρόδινον, Medicamentum liquidum, conſtans ex aceto, & aqua roſacea, quod capitibus eorum ſolet adhiberi, qui phrenitide laborant.

O'xysacchărum, ὀξυσάκχαρον, Potionis genus ex ſaccharo & aceto. Saccharum autem mel dicitur in arundinibus collectũ gummi modo, candidum ac fragile, quod decoctum, & in pyramidis figuram formatum ex Canariis inſulis ad nos defertur. Sed de hoc ſuo loco.

O'xyrrhynchŭs, ὀξύρρυγχος, Piſcis eſt Nilo peculiaris, à roſtri acumine nomen habens, quem tota Aegyptus pro Deo colit. Autor Strabo lib. 17. capitur etiam in mari rubro. Item in Caſpio, teſte Aeliano lib. 12. cap. 33 34 & 35.

O'xyſchœnŏs, ὀξύσχοινος, Acutus juncus, qui & marinus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 18.

O'xytŏnŏn, papaver erraticum, apud Dioſcor. lib. 4. cap. 63. ¶ Oxytonon, papaver ſativum, apud eundem Dioſcor. lib. 4. cap. 63.

O ante Z.

O'zænă, ὄζαινα, Piſcis ex polyporum genere, caput habẽs graviſſimi odoris. Plin. lib. 9. cap. 30: Polyporum generis ozæna, dicta à gravi capitis odore, ob hoc maximè murænis eam conſectantibus. ¶ Eſt item Ozæna, narium morbus, effluxione acrium humorũ plures cruſtas intra nares gignente quæ graviſſimum exſpirãt odorem: cui malo vix ullo remedio poteſt ſuccurri. Plin. lib. 25. cap. 13: Narium ozænas emendat ariſtolochia cum cypero.

O'zænītĭs, ὀζαινῖτις, Herba eſt ex genere nardi, ad Gangem Indiæ fluvium naſcens, odore virus referens: unde & nomen accepit. Autor Plin. lib. 12. cap. 12.

O'zē, es, ὄζη, Oris graveolẽtia dicitur, à verbo Græco ὄζω, quod eſt oleo. Celſ. lib. 1. cap. 11: Itaq; ei remiſſioni credendum eſt, quæ etiam immoratur, & jactationem fœtorẽmq; quendam oris (quem ὄζην Græci vocant) minuit.

O'zĭmum, pen. corr. ab ὄζω, redoleo, Genus edulii redolentis ex inteſtinis confecti. Perſius Satyra 4: Quum bene diſcincto cantaverit ozima vernæ. Quo tamen in loco nõnulli ocima malent legere. Vide Cæl. Rhod. lib. 29. cap. 24.

Ozymum, Vide Ocymum.

P_SYMNIS

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg